



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

17. Dies Decemb. Non errabis; quando ibis ad Christum per Christum. S.  
August. d. Epicur. & Stoic. c. 8.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

cemb.  
tur, ho-  
spirann  
dant ad  
e aliquā  
te com-  
Thro-  
admo-  
, quod  
onorem  
ibus noi-  
ordis no-  
am, ne-  
ām pec-  
miplūm  
n, om-  
atibus,  
delicto,  
urierum  
ne Deo-  
iger Ma-  
discip-  
andum  
Ab amo-  
ndi pr-  
as prof-  
confera-  
Zenom  
Aristote-  
illorum  
illorum  
celestem  
ipidus,  
Pan-

decemb.

Tessera.

1009

cupidus, Parisios petiit; ingressus scholam, cùm sors Magister è suggestu, illa Christi explicaret verba: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c.* Surgens, abituriebat, stupentibus omnibus, & verò scis- citante Magistro, quid hoc rei esset; quod eādem horā, quā scholam ingressus fuerat, desereret? repoluit: Sat, inquit, multa hodie didici, cùm illud, quod audivi, perfecero, reverar: & indè abdidit se in As- ceterium, ut illic amandi acciperet magisterium:  
*Solo ab Amore, Deum disces super omnia amare.*

### 17. DIES DECEMB.

Non errabis; quando ibis ad Christum per Chri-  
stum. *S. August. d. Epicur. & Stow. c. 8.*

Christus I.  
ut via.

**E**rrare in via ad vitam, est stren-  
nuè properare ad æternam pœ-  
nam. Peregrinaris in Dominos  
vide insistas viæ, quā tendis ad  
Dominum. Nemo novit viam cæli, nisi, qui per viam  
illam ambulavit. Nemo ascendit ad cœlum, nisi qui  
descendit de cœlo, Christus Jesus: & qui per illam  
viam, quam ille monstravit, incedit. Antequam  
Christus ad cætus hominum descendit, via cæli in-  
cognita erat omnibus hominibus: nullus enim fue-  
rat ingressus cœlum, nedum progressus per viam cœ-  
li. Ut illic alcenderemus, ne in viâ aberraremus à via,  
debuit ad nos descendere, qui est via. Non sic Chri-  
stus nobiscum egit, ut solent rustici: qui interrogati  
à peregrinis de via, viam vel digitum semel ostendunt,  
aut describendo diversa, per quæ transendum est,  
loca, & pagos, ipsi sine ulteriori cura securi domi-  
manent, & quieti ledent; ne amplius, ne errent via-  
Pars III.                    Sss                    rores,

1010      *Christiani Militis*      Decem  
tores, sunt solicii. Tota Christi vita, non est aliud,  
quām recta ad cōlum via. Quiquid docuit praecep-  
tis, confirmavit exemplis. Non opus est amplius  
viam investigare; ubi nobis sua reliquit, quibus in-  
sistamus, vestigia. Non tantū de via, quā tenenda  
est, instruit; sed ut teneamus, praeit: viæ dux est, mo-  
modò præceptor. Sicut tota nostra vita, non est aliud,  
quām via: sic totum nostrum vivere, non est aliud,  
quām ad metam alicujus viæ tendere. Via altera  
est spatiofa, quæ ad mortem; altera angusta, qui-  
ducit ad vitam. Vide, quam viam ineas, ne pereras.

II. Quid, si ut modò certi sumus de cōlo; ita apud  
non incerti fuissimus, illuc non posse nos pervenire,  
nisi pedibus; nec aliud deinde requireretur, nisi  
viam ignotam scire, & aliquis nos de ea tenenda do-  
ceret; immo, qui tanti esset comitatis, ut veller esse in  
itinere comes, & dux: quis esset, qui non accinge-  
ret se ad iter, ut posset pertingere ad tam optatum  
metam itineris? Quod tibi est in yoto, est in prom-  
ptu, habes in manu: quod voves, tenes. Ad calon  
tenditur, non corporis pedibus, sed virtutum ad-  
bus. Christum habemus, qui præeat, ducem: an  
igitur, Christum non sequimur præuentem? caro  
non credimus viam docenti? Inter omnia, hoc est,  
præ omnibus tuum votum, pervenire ad Christum  
per Christum ibis ad Christum. Non putas te eman-  
turum, Sapientiâ Dei duce? An times, ne excidas  
salute, præeunte Salvatore? Acta Christi, nobis  
sunt via ad Regnum Christi. Docuit Christus viam  
ad cōlum, esse Humilitatem. Quis unquam inter  
homines, vilissimus filius terræ, sic humiliavit, ut  
altissimi Dei Filius, Rex cōli? Quæ est creatura, cu-

decemb.

Tessera.

1011

senon submisit, ejus Creator? Submisit se Angelis; dum ab uno illorum voluit confortari, cum ipse omnium esset fortitudo: Itemque, cum jam captus, diceret se posse ad nutum habere duodecim legiones Angelorum, ut eriperetur de manibus Judæorum; quasi ipse non posset, sine ipsis. Iterum se illis submisit, dum jam in deserto esuriens, ab illis voluit, quasi mendicus eleemosynam accipere, quo pelleret famem, precarium panem, cum ipse potuisset lapides in panes convertere. Submisit se non modo Angelis; sed & hominibus, & quidem omnis generis, fortunæ, ordinis.

III. Inprimis, Matri suæ, & Josepho, illis subditus. Deinde sacrilegis Principibus, Cæsari, Herodi, Pilato: impissimis Sacerdotibus, Annæ, & Caiphæ: impudoratis scurris, & selectissimis totius Judææ nebulonibus, ab illis vincitus, consputus, flagellatus, Cruci affixus: submisit se creaturis omnibus, permittens in se sèvire frigus, æstus, ferrum, Crucem, sputa, arundinem, spinas, funes. Adhucnè aliquis supereft, vel aliquid, cui se non submisit? Nulli sunt, qui illum tetrici persequuntur odio, adeoque magis illi sint exosi, quam dæmones, ut potè, quos ipse palam in se triumphavit, dum illos dominatu suo spoliavit, & tamen tam atrocibus illis suis inimicis se voluit submittere, dum passus est se à diabolo tentari, & duci super pinnaculum templi: & tradi, cum pateretur, potestati tenebrarum. Non est creatura, vel in terra, vel in cælo, vel in orco, ab altissima, usque ad vilissimam, ab optima, usque ad pessimam, cui se non subjecerit, ut te efferret. Nulum propè fingi potest, quod auribus non percepit

Sss 2

con-

1012      *Christiani Militis*      Decemb.  
convictum, nullum, quod corpore non exceptis sup-  
plicium. Vinctus est, ut fur, consputus, ut blasphe-  
mator, pereussus alapâ, ut Pontificiæ Majestatis vio-  
lator, derisus ut sacrilegus in Deum; flagellatus, ut  
malefactor; spinis redimitus, ut Regiæ dignitatis af-  
fector, ad mortem condemnatus, ut populi sedu-  
ctor, suspensus in patibulo, binos inter latrones, ut  
Princeps latronum: atque ita, ut omnium sceleratissi-  
mus, imperfectus omnibus cruciatibus. Ecce hic re-  
ctissima via ad Regnum Dei, sanctissima gesta  
Christi. Et quod Christo non debes amoris tribu-  
tum? qui se voluit, quod imitareris, tibi esse exem-  
plum? Hoc mihi jam ratum est, & fixum; totum cor  
meum in te figere, & me ad normam tuæ vitæ finge-  
re: Donec aërem cor trahet, simul trahet, simul at-  
trahet spiritum amoris: donec venæ micabunt, si-  
mul emicabit amor: donec immortalis meus vivet  
animus, simul teamabo. Sine manibus, sine pedi-  
bus, sine lingua exercetur Amor: ubi cor est, ibi est  
copia Amoris. Tuo igitur Cordi Sancto-Sancto, to-  
tum cor consecro, dico, dedico: donec in Templo  
magnō tuo celebrem solemnitatem hujus meæ de-  
dicationis; ubi omnia tua, erunt mea, si hīc mea sim-  
prius tua. Eris cum Christo confors, si dederis ei cor.

*Ne fias vacors, esto cum Numine concors.*

## 18. DIES DECEMB.

Lux tua, veritas; & veritas Tu. *S. August. confes. 4.0.9.*

Christus I.  
est veri-  
tas.

N

On satis fuit Christo, si no-  
bis, ne erraremus ambulan-  
do, esset Via; Voluit, ne de-  
cipere mus credendo, esse  
Veri-